



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Legem atque præcepta Dei an homo seruare possit. tit. 165

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Iratia superabundat peccato. Nihil est in mundo,  
quod sit supra Deum. Deus est Dominus peccati, &  
Christus vicit peccatum, Ioan. 16. Cōfidite, quoniam  
egovi peccatum. Sic illi ex desperatione nullum  
volunt facere opus bonum, & cāt. dicentes: Ego da-  
matus sum, ad quid laborem?

Quarto, Media igitur ac moderata fiducia ince-  
dendum est. Non reijcere opera, quoniā media sunt,  
per quae Deus distribuit vitam, & non sine his me-  
diis, sed postquam illa fecerimus, adhuc dicamus,  
Luc 17. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere  
hac. Subinde non desperemus, quoniā Christus mor-  
tuus est pro peccatis nostris, Roman. 4. & resurrexit  
propter iustificationē nostram. Et Daudī dicit Psal.  
51. Cor contritum & cāt. Et sic inter præsumptio-  
nem fiduciae sanctorum, & desperationem de venia,  
incedamus recta & media'via, etiam si opera non ha-  
bent effectuam dignitatem ad merendum. Habent  
tamen promissum ex gratia præmium in hac & post  
hanc vitam.

## LEGEM ATQUE PRAECE-

pta Dei an homoservare posse.

**D**RIMÒ, Lex est doctrina præcipiens, qua-  
les nos esse, quid facere, & quid omit-  
tere debeamus, perfectam requirens in-  
tus in voluntate & mente, & foris in ope-  
re obedientiam. Nam lex dicit Deut. 27.  
Maledictus, qui non permanserit &c, sicut igitur an-  
gen in celo Deo perfectè obediunt, sic lex requirit  
consentientem animam. Romano. 7. Lex spiritualis  
est, &c, id est, nedum operibus extēnis, sed etiam in-  
ternis motibus debet impleri. Deuter. 6. Diliges Do-  
minum Deum tuum ex rotō corde tuo, &c.  
Secundo, si vires naturæ nostriæ opprēssæ peccato  
respici...

resipiscimus, quibus non possimus aliquid bonum  
gitare, multò minus operari, 2. Cor. 3. ex nobis, un-  
quām ex nobis: Nemo potest ex toto & integro let-  
uare præceptum Dei. Resistit enim immundities in-  
terna. Si autem adiutorium gratiæ promissæ, qua-  
juuat nostram infirmitatem, Romano. 8. & spiritus  
sancti auxilium spes est, quod in eum finem etiā in-  
funditur iustificato, Tit. 3. Acto. 2. Sic omnis iustifi-  
centia ex Deo est, Sic gratia inquit Paulus, mecum la-  
borauit, 1. Cor. 15. Non ego, sed gratia Dei mecum.

Tertiò, Non vires veteris hominis & affectus im-  
plent legem, sed spiritus sanctus, qui creat in nobis  
nouos motus & affectus ut verè diligamus, timer-  
mus, speremus, &c. Hi enim fructus eius sunt, Gal. 5.  
& illis motibus nouis verè legem implemus, in qua-  
tum à nobis Deus exigit in præsenti vita, Et si que-  
ad huc hæret infirmitas naturæ humanae, quod nō sit  
perfectè adimpletur lex, sicut fiet in cælo, & in fu-  
tura vita, & iam ab angelis & beatis, hoc tamen non  
vult impurare Deus propter fidem in Christum. Ne-  
que enim Deus à nuda natura quam scit corruptam,  
exigit obseruantiam exactam, sed prout iam effron-  
ta adiutorio spiritus sancti, & gratia in baptismo,  
Acto. 2. Et ideo dicit Paulus Rom. 10. Finis legis est  
Christus ad iustitiam omni credenti, id est, ei qui in  
Christum credit: Deus illum defecit & infirmita-  
tem condonat, qua nō ex toto legi satisfacimus hic  
in præsenti, sicut fiet in futura, vbi erit dilectio exco-  
ta anima, mente, viribus, &c. & nulla erit resistentia.  
Attamē Deus propter fidem in Christū vult impurare  
hanc iustitiam, quasilegem per omnia adimpler-  
mus.

Quartò inquires: Lex solum est speculum, ut vi-  
deamus quid agere debeamus, nō vt seruumus quod  
est impossibile, Rom a. 3. per legem cognitio peccati.  
Respō. Hæc nō est sententia Pauli, qui legē statuit per  
fidem.

lēm, Roman. 3. & 1. Corinth. 7. dicit: Neque circum-  
fō, neque p̄æputium vestrum prodest, sed obser-  
vatiā mandatorū Dei. Exigit enim Deus à nobis  
obediētiā legis, alioquī non promitteret gratiam,  
neque infunderet spiritum sanctum, Rom. 5. Et men-  
tis fuisse Ioannes, 1. Ioann. 5. inquiens: Mandata  
eis grauiā non sunt, id est, renato. Et Christus, Matt.  
1. Onus meum leue, & iugum suave, &c. Si essent im-  
possibilia seruatu, etiam Christus & Ioannes mentiti  
tūssent.

Quintō, Fiducia legis, id est, quōd æstimetur fore  
cula iustificationis & salutis, illa prohibetur. Est  
cum lex pædagogus solum ad Christum, Galat. 3. id  
est, cohíber hominem in externa vita & disciplina, sed  
consciētiā & animam iustificat Christi sanguis per  
fidem, 1. Ioan. 1. Habet tamen hæc inchoata obedien-  
tia etiam sua præmia, & medium scilicet est, per quod  
possessionem regni percipimus, Mat. 25. &c.

*QVID EST CHRISTIANA  
libertas.*

Otandum primò, quōd scriptura notat  
duplicem libertatem: Una dicitur Chri-  
stiana libertas, & est illa, quam à Chri-  
sto habemus, & quā Christus nobis est  
consecutus, Galat. 5. Altera dicitur car-  
na libertas, quam Christus prohibet, attamen caro  
non cam vendicat, quādō libertate pro velamine pec-  
catis vivitur. Et de illa dicit Paulus Galat. 5. & Petrus,  
1. Petr. 2.

Secundo, libertas quam à Christo habemus & ex  
suis fusō sanguine, est illa, quōd nos liberauit ex car-  
ne zternæ maledictionis legis, Deuter. 27. Maledi-  
ctus omnis qui non seruat & cæt. Nam ipse perfectè  
CCC satisfe-